UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlarvm Vtrivsqve Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla CXXXIX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63232

Visual Library

atque uxori.ff.ſolu. matr. glo.ibi & doct. ꝙ not.

REGVLA CXXXIX.

1 Pater de iure tenetur alimentare filios ſuos.l.ne. l.ſi quis ex liberis.§. ſi quis ex iis.ff. de lib.agnoſc.&ſi dotare.l.fin.C. de dot. promiſ. cum infinitis.

1 Amplia. ut non alimentare, ſed etiam tenetur ad indumenta, quibus humanum corpus tegitur: tuetur & conſeruatur. ſecundum glo. not. in d.§. ſi quis ex iis, in uerſ. non tamen onera, & l.uerbo cum l.ſeq.ff.de uerb.ſignif.

2 Amplia.d.regulam ut non ſolum filiam dotare tenetur ſed etiam ſi uidua remanſerit pater poteſt etiam compelli ad dandam eandem dotem ſecundo uiro. Ita Roma.ſing. 788.auct. & refert. Io.And. in tit. qui filii ſint legitimi in hoc in addit.ad ſpec.in uerſi. Martinus de Fano. & Bal. nouell. in tract.de dot. parte.1.col.2. & parte 6. priuil. 16.Iaſ. in.§.fuerat col.penul.de act.

1 Fallit quando pater non habet introitus pro ſe alimentando, quia non tenetur eo tunc ad alimenta pro filii. glo.not.in l.ſi quis a liberis.§.fin.in uerſi. liberto.ff.de lib. agno. quia debet magis ſibi proſpicere, quam aliis, cum prima caritas incipiat a ſeipſo. ſecundum Bal in l.1. C. de inoff.dot.l.Iulianus.ff.ſi quis omnis cauſa teſta.Ita Afflic. deci.290.nu.9.

2 Fallit quoq; quando filius habet conueniens officium ſeu exercitium, quia tali caſu pater non tenetur alimentare filium, ſeu ad præſtationem alimentorum. Ita Deci. in c.Epiſcopus. nu.10.de præbendis. Bar.in l.ſi quis.§.1. uerſi. ſed ſi filius. in uerſi. ut operis ff.de lib. agnoſcen. uel quando manibus propriis poteſt ſibi uictum quærere quia eo tunc pater non tenetur ut Deci.ibi nu.10.ꝙ not.

3 Fallit quando filia præter consenſum patris matrimonium contraxerit, quia eo tunc pater non tenetur. Ita Boer. deci.130.nu.8. citando Bar. Ang. & doct.in l.obli. gamur.§.lege.ff. de act. & oblig. & doct. in auct. res quæ

C. com-

C. communia de legat. Bal. Nouellus in ſuo tract.de dote, circa med.uerſi. in fratre tamen eam alere tenetur. & Bal.in l.fina.C.de iure doct. & in hac ciuitate pluries iudicatum fuit ad curiam examinat. ad fauorem parentum contra filias & nouiſſime ad inſtantiam d. Baptiſtæ Aromat. ad inſigne ballantiarum de anno M. D. L X I I. in menſe Octob.

4 Fallit etiam quando filia eſſet hæretica, quia parentes eam dotare non tenetur, ſecundum Alex. poſt Bal.in l.ij. C. communia de legat.& glo.in l.mater.C.de iure dot.in uerſi.mater. & l.cognouimus.C. de hæret. Alex.in l.i.nu. 11.ff.ſol.mat.& Carre.in tract.de hæret.nu.148.

REGVLA CXL.

1 Pauper nobilis habens domum ruinoſam, ſi propter indigentiam non poteſt eam reficere, ne ciuitas eius deſtructione deturpetur. ut l.fi.ff. nequid in loco pub.f.& l. 1.C.de edif.priua. poteſt compelli ad illam uendendum ut eſt in argumento.l.fin.C.quib.ex cauſis ſer.prem. lib. accip.& l.in l.ff.ad ſyllan.in princ. & fuit doct.ſp.in tit.de ſatiſd.§. eſt quoque. uerſi. circa hoc quæritur Felin.in c. nonnulli.col.22. de reſcript. Roma. ſing.718.& ſing.784. pauper & eſt pars M. conſi. in hac ciuitate 1546. 4.Sept. in hac materia.

2 Ampliatur d.regula ut habeat locum in proprietatibus huius inclitæ ciuitatis. Ruinoſis ex authoritate data clariſſimis Prouiſ. communis de uendendis, alienandis, uel liuellandis proprietatibus modis. & forma partis. ut in ea, quam uide, facta de anno 1546. 4.Sept.in M.conſi.

3 Fallit quando eſſet impoſita ſeruitus oneris ferendi in domo ruinoſa, quia tunc ſi poteſt, tenetur eam reficere ſumptibus ſuis ad hoc ut poſſit onera ſuſtinere, aliter dominus alterius partis tenetur eam reficere ſeu reſtaurare, ſecundum Cæpol.in c.59.in princ. de ſeruit. urba. prædio. nu.1. & not.

REGV.